



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis quattuor coronatis martyribus. Cap[itulum]. xxxvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## De sanctis in mēse nouēbris occurrētibus Fo. cclxxiij.

sus coronatus est triūphali corona: et sic ibidem sepultus vniuit in gloria. Passus. viij. idus nouēbris. Hec ado.

De sanctis Claudio Nicostrato et socijs martyribus. Cap. lxxvi.



**C**laudio: Symphorianus: castorius: atq; simplici

cus martyres passi sunt apud pannoniā sub diocleriano imperatore: agēte lampadio tribuno. Nam cum idem imperator pannoniā perrexisset: vt diuersa metalla ad edificia i sui presentia de moribus abscidi faceret: omnesq; artifices artis quadratarie cōgregasset. Inuenit inter eos peritissimos quōq; operarios predictos. Quorum quattuor primi scilicet claudius: nicostratus: castorius: et symphorianus occulte christiani erant. Simplicius vero adhuc idola adorabat. prefati autē quattuor quicquid artis operabantur: in nomine dñi iesu christi sculpebant: omniaq; sibi in arte succedebāt. Cum autē die quadam oēs artifices numero. ccccxxij. cum quinq; philosophis ad venas lapidis excidendas in vniū conuenissent: et mira inter illos contentio esset: nec venas excidendas reperire possent. Symphorianus qui predictorū quattuor aliorum magister erat: inuocato christi nomine secretus textū lapidis reperit: et fm augusti preceptum sculpsuram perfecit. Columnas quoq; plurimas et capitella ex porphyretico lapide imperatori exciderūt: et concas cum sigillis ex diuersis marmoribus elegātius fabricauerunt. Sed cum ferramenta simplicij adhuc gentilis sepius frāgerētur. Interrogauit symphorianum quare ceterorum quattuor lapididarum ferramentis permanentibus solidis ipsius solū modo excisoria et lapidum fortitudine durare non possent. Symphorianus nō dixit ei: q̄lter omne opus suū in nomine christi inchoabant: et ad votum eis omnia succedebant. Predicante itaq; symphoriano cū socijs: simpliciū in christum credidit: et baptisimi gratiam postulauit. Qui duxerunt illū ad quēdam cyrillum episcopum: qui pro christi nomine in carcere dudum detentus erat. Episcopus vero simpliciū in fide docuit: et sacri baptisimatē vnda pfudit. Resuersi igitur ad opera concas ex porphyretico casuabāt: et columnas mirabiles faciebāt. Post dies aliquot iussit dioclerianus vt simulacrum asclepij exciderent: et multorum animalium imagines sculpendo formarent. Ipsi vero omnia cetera perfecerunt: asclepij autem idolum nomine sculpsērunt. Imperator vero ab eis quesitū cur omnibus alijs operibus ad eius voluntatem excisis: solā imaginē magni dei nō per-

fecissent. Tunc quidam ex philosophis et alijs lapidum cesoribus eorum peritie inuidētes ad cusauerūt illos imperatori: q̄ christiani essent: et q̄ signo crucis premisso ac christi nomine inuocato omnia perficerēt: et idcirco simulacrum asclepij excidere nolissent. Dioclerianus autē qui propter eorum magisteriū ipsos acceptos et charos habebat: dissimulauit verba delatorū: vt illos sibi saluare posset: et ad idolum asclepij sculpendum inducere. Et cum eis rursū mandaret: vt predictum simulacrum exciderent. Illeg imaginem miserimi hominis nūq̄ se facturos respondissent. Interrogauit autē gustus philosophos: si alij tam periti homines eiusdem artis inueniri possent. Tunc philosophi alios artifices quadratarios elegerunt: qui simulacrū asclepij ex proconesso lapide infra mensem fabricauerunt: et perfectum diocleriano obrulerunt. Quod videns imperator sanctos martyres quinq; predictos accersit: et an christiani essent interrogauit. At ille publice confessi sunt: q̄ serui iesu christi domini erāt: in cuius nominis inuocatione omnia sibi in arte sua fm eorum voluntatem succedebāt. Tunc imperator tradidit eos lampadio tribuno: vt moderatis verbis eos induceret: quatenus deo soli sacrificarent. Et cum a philosophis et operarijs multa instantia accusarentur: reclusit eos lampadius in custodia publica. Die vero sequenti iussit eos ante se adduci: et accusatores eorum aduocari. Auditisq; partibus nunciavit diocleriano q̄ christiani essent: et eos adorare recusarent. Qui mandauit lampadio: vt si deo soli sacrificare nollent: scorpionibus eos cedi faceret. Post dies vero quinq; lampadius pro tribunali sedit: et eos sibi exhiberi precepit: omniaq; tormentorum genera illis ostendit. Sed cum eos nulla ratione posset ad immolandū inducere: iussit illos grauitus scorpionibus flagellari. Statimq; tribunus arreptus a demonio expirauit. Quod audiēs vxor eius et familia cū iugitu ad philosophos rescurrerunt: ita vt diuulgaretur diocleriano: qui iratus vehemēter: iussit oculos plumbeos fieri: et eos viuos intus recludi: et in flumē iactari. Nicetus vero quidam ex assessoribus lampadij: imperatoris mādaturū exequēs: oculos fieri fecit: et sanctos martyres claudium: nicostratum: castorium: symphorianum: et simpliciū intus reclusos in flumē precipitauit. Quod audiens cyrillus episcopus qui erat in carcere ex nimia afflictione expirauit. Post dies vero quadraginta quidam nicodemus christianus oculos cum corporibus occulte leuauit: et sanctorum reliquias honorabiliter sepeliuit: qui passi sunt sexto idus nouēbris.

De sanctis quattuor coronatis martyribus. Cap. lxxvij. 2 ii



**Quattuor**

coronari: videlicet feuerus: feuerianus: carpophorus: et victorinus: rome passi sub diocletiano imperatore: qui cum essent conuulsarij: et ad sacrificia vna cum alijs imperatorum officialibus compellerentur: cum omnino consensum impijs prebere nolent: nunciatus est diocletiano. Quos ille iussit: vt ante ipsum plumbarum lectibus tandiu cederentur donec spiritum emitterent. Quorum corpora iussit in platea canibus factari: que etiam quinq; diebus ibidem iacuerunt illesa. Sed a melchiade papa et a beato sebastiano martyre collecta: sepulta sunt in via lauicana militario ab vrbe tercio cum alijs sanctis in arenario. Passi sunt autem post duos annos a passione dictorum quinq; martyrum supra profume positos eodem scilicet die: hoc est sexto idus nouembrijs. **Quorum nomina cum minime possent inueniri: quattuor coronati vocati sunt.** Statutum est autem a melchiade papa: vt memoria eorum sub nominibus aliorum quinq; martyrum predictorum: et dies anniuersaria recolatur. Et licet processus corporis eorum nomina reperta fuissent: versus tamen obtinuit: vt quattuor coronari deinceps vocarentur.

**De dedicatione basilice saluatoris.** Cap. xxxviii.



**Basilice**

saluatoris: hoc est sancte ecclesie lateranensis rome a beato papa siluestro facta est. v. idus nouembrijs. Qui sanctus episcopus consecrationes altarium et ecclesiarum secundum ritum: que nunc romana tenet ecclesia: prius fieri instituit. Fuisse tamen ab ipsis apostolorum temporibus loca deo dicata: que a quibusdam oratoria: a quibusdam ecclesie appellabatur: vbi collecte fieret per vnam sabbati: et in quibus populus christianus ad audiendum verbum dei: et ad percipiendum dominici corporis sacramentum conueneret: et apostolorum edocemur epistolis: et sanctorum patrum instruimur gestis. Que licet sale et aqua benedicta exorcizabant: non tamen christumate ungebant: nec altare lapideum adhuc stabat erectum: christumate delibutum in figura domini nostri iesu christi: qui est altare nostrum et sacerdos et hostia. **Postquam vero constantinus imperator: a lepra mundatus a beato siluestro papa baptisimus meruit sacramento purificari: vt supra dictum est in legenda siluestri pape preside**

kalen. ianuarij. et constantini imperatoris. **Preside** kalen. ianuj. tunc primum lege ab ipso promulgata concessum est omnibus sub romano imperio de gentibus licite ecclesias fabricare. Et ad id faciendum suo vt alios hortaret exemplo in proprio lateranensi palatio ecclesiam in honorem saluatoris mundi fabricauit. Basilicam quoque appendicium iuxta palatium fecit in honorem sancti iohannis baptiste: in loco videlicet in quo baptisatus meruit a lepra mundari. **Quam quidem ecclesiam mirificis donis et ornamentis in auro et argento et lapidibus preciosis infiniti precij magnifice ditauit: quam beatus papa siluester die predicto publice consecrauit.** Tunc quoque imago saluatoris diuinitus depicta in tribuna ecclesie primus visibilis omni populo romano apparuit. **Que quidem imago deuotissima in ipso loco usque hodie perseverat.** Et licet ecclesie eiusdem pariter usque ad fundamenta plerumque dissoluta fuerint: et iterum reparati. Ipsa tamen tribuna cum imagine sacratissima nulla vnquam potuit verustate deleri: nullaque nouitate dissolui. **Et tunc aliquando ecclesia ipsa incedo totaliter sit iudicio diuino consumpta.** **Vergetig est illa festiuitas: in qua primus rome ecclesia publice consecrata est: quam etiam ecclesiam idem pontifex ad instantiam constantini augusti: omnium ecclesiarum totius orbis caput esse constituit: eademque tam larga benedictione dotauit: vt si quis hominum quocumque anni tempore vere confessus et penitens eam intrauerit: omnium peccatorum suorum generalem remissionem et indulgentiam consequi mereatur.**

**De sancto Theodoro martyre.** Cap. xxxix.



**Theodorus**

martyr passus est apud amasiā ciuitatem marmaritano: rum sub diocletiano et marmariano imperatoribus. Qui cum esset miles ex ciuitate bellespontis deprehensus est quod christum esset: et adductus est ad brycham prepositum legionis. **Qui cum prepositus diceret: vt sacrificaret et militiam pristina reciperet: illeque se deo patri omnipotenti et iesu christo filio eius militare se respondisset: ad suggestionem possidoni vicarii prepositus ei inducias concessit obsequijs paucis: vt semetipsum admoneret et deus immolare consentiret.** Interea theodorus plures christianorum in carcere detentos visitabat: eosque in fide christi confortans eisdem necessaria ministrabat. **Nocte igitur quadam templum martiris introiit: et igne supposito totum illud succendit.** Qui a quodam gordiano tabulario visus et detentus: ac presidi presentatus est. **Quem preses fecit eedi et celus in carcerem mitti: pedibusque in cippo recludi: ac ostium carceris signari: vt ibi fame de**